



**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli  
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1620**

S. Thomas Aquinas, num. 11.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](#)

## X I.

S. THOMAS AQUINAS OR-  
dinis Predicatorum.

II SANCTVS Thomas de Aquino non *Ab imfan-*  
*Dominicanæ tantum familiæ, sed tia pietatē*  
*Ecclesiæ etiam vniuersæ sidus fulgentis-* erga Virg.  
*mum, qui eximia non minus sanctitate, præ se tulit*  
*quam doctrina præfusit; iam inde in ip-*  
*sis incunabulis præclarum futuræ, qua*  
*singularis eius erga Virginem pietatis,*  
*qua Virginis erga eum peculiaris tutelæ*  
*prælagium, accepit: cum enim adhuc ina-*  
*fantulus à nutrice in balneo abluendus,*  
*cartulam è terra sponte sua sustulisset,*  
*cam q; compressa manu arctè retineret,*  
*nutrici eum lauare cupienti, illam que è*  
*manu extrahere conanti, lachrymis acri-*  
*ter restitit. recogita mater ex infantis*  
*manu abluti iam, & vestibus induiti æ-*  
*grè cartulam euulsit, in qua scripsa viso- Salutatio-*  
*batur salutatio Angelica, infans cartulam nē Angeli-*  
*ploratu instanter repetens, eam redditā cā in car-*  
*mox deglutivit: id porrò nec miraculo, tula descri-*  
*nec mysterio vacare plerisque visum est; pta, ne sibi*  
*quod eximus olim Ecclesiæ Doctor fu- auferre-*  
*turus in eam cartulam primò incidisset, tur adhuc*  
*tantoq; studio sibi eam coniuxis- infans de-*  
*fet, quæ Virginis sanctissimæ præco glutiuit.*

nia,

nia, & nobilissimum Angeli à Deo nuntium, quo in Dei Genitricis amplissimā dignitatem est euēcta, continebat. ut & eximiam scientiam diuinitus potius, quā labore suo postea comparatam (quemadmodum F. Reginaldo dicere solebat) & virginitatis florem integrè seruatam, virginis virginum Deiparæ apud filium patrocinio eum assecuturum nō obscurè præsignificaretur.

*S.Thom.*

Et verò S. Thomas suā erga Virginem pietatem in libris à se editis, præsertim in *summa Theologiae*, & in opusc. 8. quod est de *salutatione Angelica*, aperte declarat, in quibus illius præstantiam singularem & apud filium impetrandi præ alijs sanctis efficacitatem luculenter demonstrat, eiusq; dignitatem contra varia hæresum monstrâ acerrimè tutatur.

## XII.

*S. BONAVENTURA ORDINIS  
Minorum.*

12 SANCTVS Bonaventura Ordinis Minorum, Doctor verè Seraphicus, alios quoque ad Dei amorem suis scriptis inflammans, eximia tum scientia, tum in Deiparam pietate illustris; præterea, quæ de Virgine in suis in Magistrū sen-

ten-